



h. 66, 19.



h. 6619.

Wf
640



E T O N M I A
AD ILLVSTRIS-
SIMVM AC POTENTIS-
 simum principem ac Dominum, Dn.
 F R I D E R I C V M V V I L H E L -
 M V M, Ducem Saxoniae, Landgra-
 vium Thuringiae, Marchionem
 Misniae, & electurae Saxonicae Tu-
 torem ac Administratorem Dn.
 suum clementissi-
 mum,
 DE
NATO IPSI ILLV-
STRISSIMO PRINCIPE IO-
ANNE PHILIPPO *Filii terti se-*
cundi Primogenito, Domino suo ita-
dem clementissimo,
 SCRIPTA A
Salomone Leone Chemnicensi Hermund.
& Theolog. Philosoph. studioso.
 V V I T E B E R G A E,
 Typis Zachariae Lehmanni, Anno
 M. D. XCVII.





Anagramma ad natam sobolem

directum.

141.

IOANNES PHILIPPVS DEIGRA
TIA DUX SAXONIAE, TENER INFAN-
TVLVS.

ἀναγραμματιζέας.

PAX EXVL, HÆRET SPES IO, ANNV
AT DIVINI FLATVS, NI SPERO
INDIGNA.



Va jam sit patria facies tristissima
rerum,

Annos, te, propter, Dux generose,
fugit

Finitimo truculentus enim Geta sevit in orbe,

Eruere & patrios nititur ense lares.

Maxima funesti gliscit suspicio belli,

Aurea PAX nostris EXVL oberrat agris.

SPES tamen HAERET in multa virtute tuorum,

Quos nullis armis subruta Ruta tegit.

Donec & ANNV AT olim ausis maioribus annis,

DIVINI FLATVS gratia plena tuis.

Interea gladijs jungemus vota duobus,

Quos ambit crispis florida Ruta comis.

A 2

Talibus

Talibus evadet victrix Germania in armis,
Ne Geticus Christi vastet ovile lupus. (catu:
Qua bene succedant NI SPERO INDIGNA pre-
Cresce tuis heros parvule, vive Deo.

Salomon Leo
Chemnic.

ΕΤΦΗΜΙΑ

Saxonica nativa novo stirps germine Rura
Pullulat, heroum multiplicatq; genus;
Quod reor haud fieri caeco, sine numine Di-
Casu, sed fato consilioque DEI. (vum)
Cuius ab arcanis ut inevitabilis haeret
Humanae vitae terminus arbitrijs:
Sic est adhuc sub secretis illius ab uno
Visceribus Matris pendet origo DEO.
At veluti gravior casus, pœnaq; futura
Coniectura magis suspicienda datur,
Si magnum Deus advocat Urbis est orbis Atlantae
Imperij columnen, presidiumq; gregis:
Tollitur è medio ac si pondus inutile ponto,
Filius aut terra morte percensus obit.

Non

142.
Non aliter maior praestatur gratia regno,
Quando illustre sibi stemma vigere videt,
Quam si plebeia descendat origine proles,
De qua vix Patria spes quotacumq; foret.
Erga nos igitur manifestum ritè favorem
Versemus grato pectore & ore DEI,
Quod non Saxoniam prorsus marcescere Rutam;
Extera sive procul regna subire sinat:
Sed clementer eam consuetis irriget hortis,
Floreat ut ramis, malleolisq; novis,
Postmodò qui latè vires & brachia fundunt,
Et solvant omni patria rura metu.
Toxica ne metuant doctrinae fortè venena
Pulpita, vel patrium Sarmatis arma Forum.
Qualis FRIDRICO IOANNES Patre PHILIPPUS
WILHELMO cretus quando futurus erit.
Namque solet fortis leo progenerare leonem,
Eragrantèsq; ferunt picta roseta rosas.
Heroes mentes heroò sanguine surgunt,
Illustri nec erit Patre propago minor.
Pro qua nunc laudis meritos adolemus honores
Saxonicae Rute quos fovet umbra, DEO.

CHR.

A 3

Non

Non tantum quod Saxonia spes optima stirpis
Siderei sospes viderit ora dei,
Quinetiam Christo dederit sua nomina, sacro
Fœderis ut fuerat fonte renata novi.
Ulteriusq; DEVM per seria vota precamur,
Ut stet in hoc tenero principe cura sibi.
Quo factus tectus pueriles exigat annos,
Sapè Patris blandus ludat & ante pedes.
Donec eum firmata virum jam fecerit ætas,
Quid virtus factis noverit eque Patris.
Tunc vi majori vestigia stringet avorum,
Nomen & æquabit Marte togaq; polo.
Tutas halcyonasq; scholis templisq; parabit,
Patris & Astræ amore fovebit agros.
Maxima sic regnis dabit incrementa paternis,
Saxonica Domui perpetuumq; decus.
Inde Deum, factis in terra laude peractis,
Accipiet vitam, deseret atq; solum.
Namq; fuit Christi cœli super astra coheres
Scriptus, ibi & nullo sine beatus aget.
Pergere sed cesso: certus cecinisse docebit
Eventus Musam nil nisi vera meam.

CHRO-

143
CHRONODISTICHON
DIEM NATALEM ILLUSTRISSIMI
PRINCIPIS IOANNIS PHILIPPI, DUCIS SAXONIAE,
Illustris. Principis ac Domini, Dn. Friderici VIL-
HELMI Ducis ac proelectoris Saxoniae in-
clyti filioli common-
strans.

*SVrCVLVs ensifera è RVta raDICE reCrescit,
NVnC qVINos Iano qVINque regente Dies.*

A L I V D,

*Priori correspondens, eiusdemq, illustris.
Principis diem lustricum denotans.*
Flt saCrI, ter nonò Vbl FebrVVsaXe CorVfCat,
BaptlsMI tInCtVs, pLantVLa, rore, poLI.

F I N I S.



CHRONOLOGISTIC HON
DIEM NATALEM ILLUSTRISIMI
PRINCIPIS JOHANNIS PHILIPPI DUCIS SAXONIAE
ILLUSTRISSIMO PRINCIPIS ac DOMINI D. FRIDERICI VII.
HELMUTI DUCIS ac PROTECTORIS SAXONIAE in
CLAUDIUM COMMUNIS
FRATRES.

ANNO DOMINI MDCCLXXII
KALENDAS JANUARIAS REGNANTE DNE

ALVD

PRINCIPIUM ANNO REGNI
PRINCIPIUM ANNO REGNI
HELMUTI, TER NONO VBI FEBRUARII CORVICAE
BABELSBERGII CIVITATIS PLANIUS, TERE, POLI.

F I N I S




M.C.

ULB Halle
004 840 305

3







B.I.G.

Farbkarte #13



ETERNIA
AD ILLUSTRIS-
SIMUM AC POTENTIS-
 simum principem ac Dominum, Dn.
 FRIDERICVM VVILHEL-
 MV M, Ducem Saxoniae, Landgras-
 vium Thuringiae, Marchionem
 Misniae, & electurae Saxonicae Tu-
 torem ac Administratorem Dn.
 suum clementissi-
 mum,
 DE
NATO IPSI ILLU-
STRISSIMO PRINCIPE IO-
**ANNE PHILIPPO *Filiorum se-*
cundi Primogenito, Domino suo itis-
dem clementissimo,
 SCRIPTA A
Salomone Leone Chemnicensi Hermund.
& Theolog. Philosoph. studioso.
 VVITTEBERGAE,
 Typis Zachariae Lehmanni, Anno
 M. D. XCVII.**

